

h. 'de capitulis vel praeceptis imperialibus eius suorumque etiam pontificum praedecessorum irrefragabiliter et nunc et in aevum custodiendis': 'De capitulis vel'. J. 2643. Ivonis decr. IV, c. 176.

i. concilii cuiusdam decretum nuntiat: 'Cum pro ceteris'. J. 2644. Coll. Brit. Leonis ep. 30.

Eiusdem ad Ludovicum regem et imperatorem epistolae:

a. iterum rogat, ne Petrum et Adrianum ad se mittat, quos si miserit, sese in vitae periculum adductum iri: 'Petrum et'. J. 2602. Ivonis decr. X, c. 73 (Coll. Brit. Leonis ep. 35).

b. Saracenis impetum in Romanum portum minitantibus, 'nostrum', scribit, congregari praecipimus populum maritimumque ad litus descendere decrevimus et egressi sumus Roma: 'Plures homines', 'Igitur cum saepe'. J. 2620. Coll. Brit. Leonis ep. 1 und Ivonis decr. X, c. 83.

c. exponit, ideo pontificatus culmen se suscepisse, ut discordes ad concordiam revocet: 'Ut nostis ideo'. J. 2630. Coll. Brit. Leonis ep. 10.

d. implorat, ut missos dirigat, qui 'cuncta quemadmodum si vestra praesens fuisset imperialis gloria diligenter exquirant' (in causa, ut videtur, Georgii, Adriani, Petri capitis damnatorum): 'Nos si incompetenter'. J. 2646. Ivonis decr. V, c. 22 (Coll. Brit. Leonis ep. 41).

Eiusdem ad Lotharium et Ludovicum imperatores epistolae:

a. Colono diacono ecclesiam Reatinam aut Asculanam rogat: 'Reatina ecclesia'. J. 2613. Gratiani D. 63, c. 16 (Coll. Brit. Leonis ep. 20).

b. imperatoribus secundum consuetudinem 'festivitatis (paschalis) insigne decusque' victoriae ramos destinat: 'Christiana amoris'. J. 2626. Coll. Brit. Leonis ep. 6.

c. scribit: 'Inter nos et vos pacti serie statutum est et confirmatum, quod electio et consecratio futuri Romani pontificis non nisi iuste et canonice fieri debeat': 'Inter nos et'. J. 2652. Ivonis decr. V, c. 14 (Coll. Brit. Leonis ep. 34).

Eiusdem ad Carolum Calvum regem epistolae:

a. scribit: 'Si fortassis, quod non credimus, apud vos inutiles iudicamur, ecclesia tamen, cui praesumus, non inutilis, sed caput principiumque omnium merito simul ab omnibus vocatur': 'Si fortassis'. J. 2625. Ivonis decr. V, c. 21 (Coll. Brit. Leonis ep. 40).

b. scribit: 'Contra sanctorum patrum censuras videtur existere, si saecularis homo vel laicus presbyteros ab ecclesiis, in quibus tempore ordinationis eorum denominati vel introducti fuerint, nitatur expellere': 'Contra sanctorum'. J. 2641. Ivonis decr. III, c. 102 (Coll. Brit. Leonis ep. 27).

Eiusdem ad exercitum Francorum ep., qua eum ad viriliter pugnandum 'contra inimicos sanctae fidei et adversarios